



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

I. Probatur aliorum Scriptorum testimoniis γνησιότης librorum Mosis:

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

## PROPOSITIO IV.

42

1. Par. 30. 15.  
 16.  
 2. Par. 31. 1.  
 2. Par. 35. 11. 12.

lipomenon: *Immolarerunt autem Phasē quartadecima die mensis secundi. Sacerdotes quoque, atque Levite tandem sanctificati obtulerunt holocausta in domo Domini. Steteruntque in ordine suo juxta dispositionem, & legem Moysi hominis Dei. Et capite sequenti: Pars autem Regis erat, ut de propria ejus substantia offerretur holocaustum mane semper & vespere; Sabbatis quoque, & Calendis, & solennitatibus ceteris, sicut scriptum est in Lega Moysi. Et capite trigesimo quinto: Et immolatum est Phasē, afficeruntque Sacerdotes manu sua sanguinem, & Levite detraxerunt pelles holocaustorum, & separaverunt ea, ut darent per domos, & familias singulorum, & offerrentur Domino, sicut scriptum est in libro Moysi. Et in Nehemia libro, capite decimo, plurima recensentur ex Lega Mosaica: quae sane in Deuteronomio nusquam leguntur. Plura hujusmodi proferre possem, sed hac sufficiunt, & ad reliqua properandum est.*

## CAPUT SECUNDUM.

I. Probatur aliorum Scriptorum testimoniis *vnoctēis librorum Mosis: II. Sanchoniatonis, III. Homeri, & Hesiodi, IV. Pentateuchi Samaritani, V. Thaletis, VI. Solonis, VII. Pythagore, VIII. Anaxagore, IX. Hellanici, X. Charonde, XI. Socratis, XII. Theopompi, & Theodectis, XIII. Platonis, XIV. Egyptiacarum Mercurii Columnarum, qua quid fuerint ostenditur; XV. Arisotelis, XVI. Hecatei, XVII. Endoxi, XVIII. Beroſi, XIX. Abydeni, XX. Demetrii Phalerei, XXI. Septuaginta Interpretum Scripturæ sacre, & Aristei, XXII. Ezekieli, XXIII. Manethonis, XXIV. Philochori, XXV. Arisobuli Judæi, XXVI. Polemonis, XXVII. Eupolemi, XXVIII. Demetrii Judæi, XXIX. Cleodemti, XXX. Theodoti, XXXI. Philonis Senioris, XXXII. Alexandri Polyhistoris, XXXIII. Apollonii Molonis, XXXIV. Caſtoris Rhodii, XXXV. Diodori Siculi, XXXVI. Cherenonis, XXXVII. Trogi Pompeii, & Justini, XXXVIII. Nicolai Damasceni, XXXIX. Ptolomei Mendeti, XL. Strabon, XLI. Apionis, XLII. Philonis, Iosephi, & Justi Tiberiensis, XLIII. Auctorum libri tertii, & quarti Esdræ, & tertii Machabeorum, XLIV. Juvenalis, XLV. Plutarchi, XLVI. Philonis Byblii, XLVII. Galeni, XLVIII. Ptolemai Chenni, XLIX. Taciti, L. Plinii, Apuleii, LI. Luciani, LII. Numenii, LIII. Longini, LIV. Porphyrii, LV. Trebellii Pollioſis, LVI. Iamblichii, LVII. Juliani τὸ ἀδελφόν, LVIII. Helladii Befantinoi, LIX. Artapani, LX. Thalli, LXI. Hiftæi, LXII. Lysimachi, LXIII. Poëmatis ρωτῶν Phocylidi adscripti, LXIV. Onkelosi, Jonathanis, Hierosolymitani Interpretis, Hagiographorum Paraphrasis, Syri Interpretis, Aquile, Theodotionis, Symmachi, Hierichuntinae, & Nicopolitana Interpretationis.*

*Probatur  
aliorum Sori-  
ptorum testi-  
monis geno-  
re librorum  
Mosis:*

*Sanchoniato-  
nis,  
Porphyrii, apud  
Euseb. De  
præp. Evang.  
libr. 1. & 10.*

I. EX superioribus, ni fallor, satis luculenter demonstratum est, quam perpetua, jam inde à Mosis avo, & certa Libris ejus constiterit auctoritas: quam si externis jam confirmare liber testimoniis, & aliorum Auctorum asciscere auxilia, qui vel Mosis ipsius, vel Mosiacarum scriptorum aliqua se notitia imbutos fuisse prodiderunt, à proximis Mosis temporibus, ad confirmatum jam in orbe Christianissimum, clarius etiam Propositionis hujus veritas elucescit. Tam alte ergo repetitis disquisitionis hujus initii, per consequentes attates nostra decurrit oratio.

II. Ac ordiem primum à Sanchoniathone Berytio, antiquissimo Phoeniciarum rerum Scriptore, quem Trojanis veruſtiorē fuſſe temporibus, & Mōſe uno alteroꝝ ſæculo recentiorem, ex Phoenicie regum ſucceſſionibus probari ſcribit Porphyrius. Hujus opus e lingua Phoenicum Graece reddidit Philo Byblius, unde nonnulla exoperpit Eusebius, & libris suis De evangelica preparatione intexuit. Atque ea quidem talia fūnt, ut attendenti appareat pleraque ipsum ē Mōſis fontibus in lacunas suas derraffasse. Non est otio noſtri rem accutiori examine ventilare, & ab aliis jam hæc occupata provincia eſt. Id observandum nobis eſt quod tradidit Porphyrius, & eſt